

Alte Drucke

**STATVTA || ORDINIS DOMVS || HOSPITALIS
HIERV=||SALEM. || [Letzte Seite:] AVSPICIIS AC IVSSV
REVERENDISS. D. || F. CLAVDII DELA SENGLE, || ET TOTIVS
...**

**La Sengle, Claude de
Romae, 1556**

QVOMODO CAPITVLVM Generale celebratur.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150200

QVOMODO CAPITVLVM

Generale celebratur.

Consuetudo.



Aiores 1.
nostri
solerti
mente
rerum
publica
rū sta-
tui con-
sulētes
pro uez

teri consuetudine generale Capitulum indice
re, atq; celebrare consueuerūt: ubi Religiosorū
mores reformatur, regiminis norma di-
rigatur, & quæ statum & publicam utilitas
tem concernunt componantur. Nos quoq; ue-
ligijs ipsorum inhaerentes generale Capitū-
lum hac inueterata cōsuetudine celebrare so-

DE CAPIT. TAM GENERALI
lemus. Decens autem est in exordio atq; ini-
tio publici confessus alium spiritū (sine quo
nullum rite fundatur exordium) inuocare,
suppliciterq; exorare ut cœptis faueat, men-
tesq; dirigat ac illustret. vbi itaq; capitulan-
tes conueniunt, priusq; ad acta Capitularia
procedatur, unā cum Magistro ad Ecclesiam
accedūt. Illic quoq; de sancto spiritu sollemnis
missa per Priorem ecclesiæ in aurora cantat-
tur, cuncti quoq; spiritum sanctum deuotissi-
mè inuocāt, quatenus intellectus gratiam eis
infundat, qua illustrati recta mente de publi-
cis agendis consultent et ordinēt. Missa per-
acta, Magister cum cœtu capitulantium atq;
fratrum ab ecclesia processionaliter discedēs
ad locum Capituli procedit. Ad sunt ordine so-
lemnis processionis cāpana sonante Prior ecc-
lesiæ in ornatu pōtificiali, capellani, diaconi,
& clerici hymnum de sancto spiritu psallen-
tes. Cumq; ad Capituli locū peruenerint can-
tatur. *Vers.* saluos fac seruos tuos. & c. Dicitur.

QVAM PROVINCIALI Tit. Vi. 6;
turq; oratio de sancto spiritu. Postea capellanus
Euangelium decantat, uidelicet: Cum uenerit
filius hominis (Quære in secunda feria
Dominicæ secundæ in Quadragesima) Demû
Magister, Baiuliui, Priores, Castellanus Em
postæ, & proceres capitulâtes pro gradu di
gnitatis & præminentie confidunt. Regula
quoq; legitur, ac postea sermo per quempiam
doctum & idoneum pro rerum exigentia, de
his quæ publicam utilitatem ac animarum sa
lutem concernunt, habetur. Quibus peractis,
capellani, & qui Capitulo interesse non de
bent, discedunt. Post hæc Magister si libuerit
de statu Religionis, de publicis agendis dirigē
dis uerba facit. Postea die prima Capituli nō
feriata congregatis capitularibus deputantur
& eliguntur in ipso loco Capituli per Magi
strum & alios, qui in Concilio ordinario ad
esse solent tantum, aliqui ex ipsis Commissa
rij: qui procurationes seu procuratoria man
data Baiuliuorum, Priorū & aliorum absen

tium, qui ad ipsum generale capitulum uenire
tenentur, uocato Vicecancellario, examinent,
& recognoscant. Quæ idonea et sufficientia
repererint, admittant, cætera reijciant. Quo
peracto, Baiuliui, Priores, Castellanus Empos-
itæ & proceres capitulantes bursam suo no-
mine inscriptam cum quinque iānetis argen-
teis, in signum despropriationis, & ei alliga-
tum rotulum seu scriptum statum suorū offi-
ciorum, ac sententias super his quæ ad publicū
cum commodum agenda sunt, continentem:
ipsorumq; officiorū sigillum pro cōmuni uti-
litate & honore Magistro cum osculo manus
reuerenter secūdum eorum ordinē & præ-
eminentiam, & Marecallus præterea suo
ordine uexillum & standardum Religionis
præsentant. Bursis autem, uexillo ac rotulis
præsentatis, in Capitulo incorporati nomi-
natim describuntur. Demum rotuli ipsi ordi-
ne gradus & præeminentiarum alta & in-
telligibili uoce Vicecancellarij organo legun-

tur. His lectis ad xvi. capitulantium electio-
nem hoc modo proceditur. Fratres capitulan-
tes et in ipso Capitulo incorporati separatim
in loco Capituli de licentia & mandato Ma-
gistri per linguas cōueniunt, ubi quælibet lin-
gua duo ex eis in Capitulo incorporatis suæ
linguæ idoneos & prudentes eligit, & Ma-
gistro præsentat. Quòd si in aliqua lingua de-
ficerent fratres, ex alia assumantur de incor-
poratis in Capitulo. Hi xvi. sic electi consti-
tuti coram Magistro et Capitulo reuerenter
iuramentum præstant, quòd omni semoto pri-
uato affectu & passione, decus & utile Re-
ligionis & fratrum consultabunt, decernēt,
& statuent. Magister uerò & cæteri capitu-
lantes in loco Capituli ad cætera agenda &
pertractanda remanentes in eos compromit-
tunt, & iureiurando promittunt tenere se et
grata habere quæcunq; per xvi. conclusa, des-
liberata & constituta fuerint. sic xvi. solēni
iuramento adacti ad locum separatim sece-

dunt, et cum eis procurator Magistri, qui habet uotum consultium, & non decisium, & Vicecancellarius pro redigendis deliberationibus in scriptis. Vbi agenda tractant, concludunt, & deliberant hac norma. Primò de portionis impositione quo ordini subueniatur: In super de ærarij gubernatione & regimine: Demũ uisitatis rotulis, de reformandis moribus, instituendisq; legibus: Ac postremò de cæteris ordinationibus alijsq; emergentibus negocijs statum publicum concernentibus discutiunt, deliberant, concludunt, & definiunt. Alij uerò capitulantes cætera negocia pro rerum ingruentia tractant. Quibus peractis, signo campanæ dato ad Magistrum & Capitulum cunctis fratribus euocatis, accedentibus quoq; Capellanis processionaliter, deliberata, conclusa, & statuta per eos palam referuntur, publicantur, & organo Vicecancellarij promulgantur. His publicatis, bursæ & sigilla ac uexillũ per Magistrum Baiuliu, Marefcallo

Marescallo ac prioribus & cæteris capitulantis secundum ordinem restituantur. Quo peracto, Capellani qui processionaliter accesserunt, orant in modum infra scriptum. Quibus finitis, Capitulum clauditur.

Quemadmodum finito generali & provinciali Capitulo preces fiunt.

Consuetudo.

Dignum existit ut cunctis actionibus per actis mentem ad Deum dirigamus, & suam clementiam ad quietem humanam, et beatitudinem consequendam supplicemus. Itaque generali & provinciali finito Capitulo capellani assistentes, qui illuc processionaliter accesserint, preces & orationes ad Deum pro omnium fidelium pace, uiuentium & defunctorum quiete, ut sequitur facere solent, & sic seruari iubemus.

Oratio pro Pace.

Oremus ut Deus & Dominus noster Iesus Christus pacem, quietem & concordiam

omnibus fidelibus christianis concedat, bella
et seditiones reprimat, infidelium rabiem re-
frenet, & omnium christianorum semitas in
uiam dirigat salutis æternæ.

Oratio pro fructibus terræ.

Oremus ut Deus & Dominus noster Ie-
sus Christus fructus terræ dare, multiplicar-
e, & conseruare dignetur.

Oratio pro Summo Pontifice.

Oremus ut Deus & Dominus noster Ie-
sus Christus Pastorem gregis sui. N. non des-
serat, sed continua protectione defendat, Fi-
dem & charitatem augeat: ut unà cum com-
misso sibi grege ad uitam perueniat sempit-
ernam.

Oratio pro Cardinalibus & Prelatis.

Oremus ut Deus & Dominus noster Ie-
sus Christus sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, &
cæterum uniuersum Clerū in suo sancto obse-
quio confirmare & conseruare dignetur.

Oratio pro Imperatore & Principibus.

Oremus ut Deus & Dominus noster Iesus Christus Imperatorem, Reges, & Principes Catholicos in pace & uera concordia conseruet, ac eos ad subigendam barbarorum & infidelium gentem, atq; terram sanctam Hierusalem à seruitutis iugo liberandam feruentius animare dignetur.

Oratio pro Magistro Hospitalis.

Oremus ut Deus & Dominus noster Iesus Christus Magistrum nostrum. N. ad gubernationem domus Hospitalis & Religionis nostræ fratrumq; nostrorum illustrare et instruere dignetur, ipsumq; longæuum, & in prospero statu conseruet.

Oratio pro Baiuliis & Prioribus.

Oremus ut Deus & Dominus noster Iesus Christus Baiulios, Priores, & Castellum Empostæ ordinis nostri dirigat, & eorum mentes illustret: quo honorem & utilitatem ordinis nostri adimplere studeant.

DE CAPITVLO Tit. vi.

Oratio pro fratribus Hospitalis.

ORemus ut Deus et Dominus noster Iesus Christus fratres nostros conseruare dignetur, ac eos à uotis promissis declinare nō permittat.

Oratio pro infirmis & captiuis.

ORemus ut Deus et Dominus noster Iesus Christus omnibus infirmis & captiuis salutem tribuat: ut captiuitate ac ægitudine liberati ad Ecclesiam sanctam ueniant gratias reddituri.

Oratio pro peccatoribus.

ORemus ut Deus & Dominus noster Iesus Christus omnes peccatores à uinculis peccatorum absoluat, & æternam faciat obtinere salutem.

Oratio pro benefactoribus nrī Hospitalis.

ORemus ut Deus et Dominus noster Iesus Christus pro pijs operibus illorum dignā mercedem tribuat, & post mortem æternā salutem concedat.

oratio pro cōfratribus et consanguineis.

Oremus pro animabus cōfratrum, parentum & coniunctorum nostrorum, et pro his qui in nostris cimiterijs per uniuersum orbem requiescunt.

psalmus. Deus misereatur. etc. Psal. De profundis. & c. Kirie eleyson, Christe eleyson, Kirie eleyson. Pater noster. & c. Vers. Fiat pax in uirtute tua. Resp. Et abundantia in turribus tuis. Vers. Saluos fac seruos tuos. Resp. Deus meus sperantes in te. Vers. A porta inferi. Resp. Erue Domine. & c. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor. & c. Vers. Dominus uobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia & iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedim, & hostiū sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum etc. Amen.

Quòd frat. accedant ad Cap. generale.

F. Ioannes Ferdinandus de Heredia.

3. **I**niunctum est Baiuliuis, Prioribus, Castellano Empostæ Cōmendatarijs & alijs, qui ratione sui status aut dignitatis Capitulo generali incorporati sunt, ut ad illud accedere teneantur: nisi urgentissima & penè ineuicibili causa præpediti fuerint. Quo casu procuratorem mittant cum expresso mandato. Qui contra fecerit, tanquam inobediens habitu priuetur.

F. CLAVDIVS de la Sengle.

4. **Q**uæ quidē pœna moderari poterit per Magistrū & Capitulū generale.
Quòd Procuratores ad Capit. generale nō admittātur, nisi sufficiētē procuratiōē suorū principalū demonstrauerint.

F. Petrus Raymondus Zacosta.

5. **M**andantes q̄ Procuratores Priorū, Baiuliuorum, Castellani Empostæ ac Cōmendatariorum, cuiuscunq; conditionis sint,

non admittantur per Magistrum et generale Capitulum, nec capitulo intersint: nisi sufficiens & authenticum procuratorium mandatum suorum principalium monstrauerint, cum speciali potestate ad comparandum in Capitulo, & concludendis ac tractandis in eodem consentiendum. Qui uero aliquo impedimento reuerti uenire, aut procuratorem mittere, non potuerint, censentur Capituli decretis consensisse, et ea grata ac rata habuisse, ac si praesentes interfuissent.

F. CLAUDIUS de la sengle.

Nulli procuratori, ad Capitulum generale constituto, liceat uirtute cuiuscunque mandati alium substituere: sed ipse praesens adesse tenebitur. Et si in procuratorio mandato ad Capitulum generale plures nominabuntur, tunc praeferatur magis ancianus: nisi aliter de uoluntate constituentis appareat.

Idem Magister.

Forma Procuratorij mandati Baiuliuorum

& Priorū pro Capitulo generali.

7. **F**rater. N. Miles Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani Prioratus seu Baiuliuatus. N. humilis Prior seu Baiuliuus notum facimus q̄ nos confisi de prudentia, probitate, fide & industria Religiosorū in Christo fratrum nostrorum. N. & N. eos de nostra certa scientia melioribus uia et modo, quibus potuimus & possumus, fecimus, constituimus & deputauimus, & per has nostras literas facimus, cōstituimus, & deputamus nostros ueros & legitimos procuratores generales & speciales, absentes tanquam præsentes et quemlibet eorum insolidum, hoc uidelicet modo, primò præsatum fratrem. N. solum & insolidum, et in euentum absentiae uel alius cuius impedimenti ipsius. N. prædictum. N. similiter solum & insolidum, & data absentia uel alio impedimento tam. N. quam N. fratrem. N. principaliter & insolidum ad comparandum pro nobis & nomine nostro

coram Reuerendissimo Domino magno Magistro & generali Capitulo in nostro Conuentu proximè celebrando, & in eo interessẽ. & interueniendum & uices nostras gerendum, specialiter & expresse ad consentiendum acquiescendum & assensum liberũ & uoluntarium præstandum omnibus & quibuscunq; decretis, constitutionibus, statutis, deliberationibus, & ordinationibus dicti generalis Capituli & Reuerendorum Dominorum xvi. Capitularium, et generaliter omnia alia singula faciendum, procurandũ, & exercendum, quæ in prædictis & circa prædicta necessaria et opportuna quomodolibet fuerint, & quæ nos ipsi faceremus, aut facere possemus, uel etiam deberemus, si præsentẽs in dicto Capitulo adessẽmus: etiam si talia forent quæ specialius mandatum exigerẽt, uel magis generale q̃ præsentibus sit expressũ. Promittentes bona fide habituros nos ratum & gratum & integrè obseruatueros quicquid

per eos aut aliquem ex eis modo, forma, &
ordine in rebus suprascriptis actum, gestum,
factum & procuratum fuerit. In cuius rei
fidem præsentem literas manu nostra sub-
scripsimus, & sigillo nostro muniri fecimus.
Datum, &c.

Idem Magister.

Formula literarum Procuratoriarum
Commendatariorum Prioratum.

2. **N**OS. N. N. Commendatarij in Prioratu.
N. unà cum Reuerendo D. fratre. N.
Priore dicti Prioratus, ad celebrandum Ca-
pitulum nostrum prouinciale uel Assemblea
congregati notum facimus quòd &c. In cuius
rei fidem præsentem literas manu secre-
tarij, uel notarij et sigillo ipsius Capituli sub-
scribi & muniri fecimus.
si per Assembleam fieret procuratorium, &
non haberent copiam sigilli Prioratus, aut in
eo Prioratu sigillo uti solitum non esset, tunc
Commendatarij, qui in Assemblea aut Prior-

ratu adessent, procuratorium manibus suis
uel secretarij capituli aut alterius notarij sub
scribi faciant, & sigillis suis uel duorum aut
trium ex ipsis sigillabunt.

Quòd is ex xvi. de cuius negotio tractat
tur, in illius deliberatione nō assistat.

F. Petrus Daubusson.

A Ratione absenti uidetur, ut quis simul 2.
& semel in aliquo negotio particulari
deliberando sit pars et iudex. ideo statuimus
quòd quotiescūq; euenerit, ut proponatur alis
quod negotium consultandum & definiendū
inter venerandos xvi. Capitulares tangens
particularitatem alicuius in ipsorum conclau
incorporati, qui se pro parte formata gesser
rit, in tali consultatione & deliberatione tan
tū à cæteris excludatur: Et nihilominus quod
per reliquos consultatum & conclusum fue
rit, robur & uim xvi. Capitularium secun
dum tenorem statuti habeat & obtineat, &
ei contradici non liceat.

Quòd nulli frat. liceat appellare uel protestari de his quæ per xvi. tractata aut conclusa fuerint.

F. Baptista de Vrsinis.

10. **A**D nonnullorum insolentiam reprimens Adam, qui iudiciorum subterfugiunt definitiones, ut hos qui ius optimum fouent expensis & laboribus defatigent: imitati etiam maiorum inueteratas consuetudines secundum quas xvi. uiratus capitulares, idest Domini xvi. capitulares, qui per Capitulum iuramento adacti eliguntur, ut de rebus ordinis nostri tanquam suprema auctoritate fungentes ordinant ac disponant (Nec enim pro ueteri more alicui fratri ordinis nostri Dominorum xvi. qui etiam potestatem & uim compromissi habere dignoscuntur, statutis, ordinationibus & sententijs refragari conuenit, quinimo omnes his ordinationibus humiliter ceruices flectere solent: Attamen quidam iuramentum per eos prestitum paruipendentes, plerunq;

contra hanc institutionem agere satagunt in
pessimum exemplum & graue incōmodum,
nisi talium insolentiae leges & cōsuetudines
obijcerentur) Ea propter temeritati contuma-
cium obuiare cupientes statuimus, consuetu-
dinibus antiquis inhæretes, quòd nulli fratrum
ordinis nostri in Capitulo generali incorpo-
ratorum, aut eorum qui in eo interfunt, quos-
cunq; honore aut dignitate fungētium protes-
tari, appellare, aut prouocare à Dominis xvi.
capitularibus: aut eorum statutis, sententijs,
deliberationibus, & ordinationibus contradi-
cere seu refragari quouis modo liceat. Qui cō-
tra fecerit, si commendas uel beneficia posside-
at, eis eo ipso contra faciendo priuatus cen-
seatur. si uerò conuentualis frater fuerit, an-
cianitatem incontinenti perdat.

Quot dies Capit. generale durare debeat.

Idem Magister.

Instituimus ut Capitulum generale apertū 11.
durare intelligatur diebus xy. non ferias

tis, in quibus res & negocia commodius tra-
ctari & concludi possint. Postquam autem
clausum fuerit, secundum reservationem
dicti Capituli aliquot diebus pro rerum exis-
gentia designatis ac præfixis Magister &
concilium completum, quæ in dicto Capitulo
proposita fuerunt, & nondum deliberata,
concludant & exequantur.

Qui teneantur accedere ad Cap. prouin.

F. CLAVDIUS de la sengle.

12. **O**Mnes & singuli Baiuliui & Commen-
datarij in prouincijs degentes ad Capi-
tulum prouinciale sui Prioratus quolibet an-
no accedere tenentur. Qui contra fecerit, du-
plicem responsionem cõmuni ærario soluat:
nisi iusto aliquo impedimento detineretur,
quod Capitulo prouinciali per suum procura-
torem significare tenebitur. In quo quidẽ Ca-
pitulo Prior adesse sub eadem pœna debeat.

De moderatione Capitulantium.

F. Petrus Daubuffon.

Statuimus ut priores, Castellanus Empor^{13.}
 stæ, Cōmendatarij, et fratres cuiusvis gra
 dus fuerint in Capitulis prouincialibus &
 Assembleis maturitatem, grauitatem, tempe
 rantiam ac modestiam seruare debeant: qua
 tenus unusquisq; pro sua qualitate & gradu
 loquatur, opinetur, ac suum uotum & suffra
 gium emittat reiectis contumelijs, iniurijs, cō
 uicijs & gestis indecentibus: quinimo inten
 dant pacificè ad honorem & cōmodum Res
 religionis. Qui contra fecerit, quarantenæ pœ
 nam subeat.

Priores in Capitulis prouincialibus nulli
 particulariter fauorem præbeant.

E. Antonius Fluuianus.

Inhibemus Prioribus & Castellano Empo^{14.}
 stæ ne in Capitulis seu Assembleis prouin
 cialibus in fratris absentis uel præsentis fa
 uorem aut odium procurent, loquantur, aut
 insistant: quinimo quietè & attentè negocia
 intelligant, & pro rectitudine dijudicent, nec

uerbo aut facto iura cuiuspiam perturbent.

Quòd Regula & Statuta legantur in

Capitulis prouincialibus.

F. CLAVDIVS de la sengle.

15. **N**ihil est quod maius dedecus & damnum afferat q̃ ignorantia Statutorum et consuetudinum ordinis, quibus Religio gubernatur, regitur & administratur, ubi potissimè ignorantia crassa et affectata esse dignoscitur, quibus ex causis plerunq; plura committuntur Religioni incommoda. Idcirco super his prouidere cupientes, & ne de cætero ignorantia prætendatur, statuimus quòd Statuta quorum series sequitur, sub bulla communis plumbea mittantur ad omnes & singulos Prioratus, præsententurq; auctoritate nostra Prioribus et Castellano Empostæ Receptoribusq; cõmunis ærarij. Quibus præcipimus & mandamus in uim obedientiæ iniungentes, ut in quolibet Capitulo prouinciali, anteq̃ ad aliquos actus Capitulares procedant:

dant: missa spiritus sancti celebrata et lecta
 Regula: ad omnium intelligentiam legantur
 publica uoce, & à quibusuis obseruentur. si
 autem Priores & Castellanus Empositæ &
 Receptores id facere contempserint aut ne-
 glexerint, eo ipso pœnâ incurrât inobediētiae.

De Regula.

- i. Regula Hospitalariorû et militiæ ordinis
 sancti iohannis Baptistæ Hierosolymitani.
- ii. De pœna transgressionis Regula.

De communi ærario.

- i. De oneribus cõmunis ærarij, & de legis
 bus super id condendis.
- ii. Quòd omnes teneantur ad solutionem ius-
 rium communis ærarij.
- iii. Quòd iura communis ærarij integrè sol-
 uantur non obstâte quouis casu uel im-
 pedimento.
- iiii. De iuribus mortuarij & uacantis cõmu-
 ni nostro ærario soluendis.
- vij. De oneribus soluendis per possessores mœs

DE CAPITVLO Tit. vi.

- brorum, cum tribus sequentibus.
xiiij. De iure passagij soluendi per fratres.
xv. Quo tempore iura cōmunis ærarij solui debent, & de pœna non soluentium.
xviij. De debitoribus nostri communis ærarij, cum sequenti,
xx. Quòd bona fratrum decedentium ad ærarium perueniant, cum tribus sequentibus.
xxviij. De officio Receptorum & Procuratorum nostri cōmunis ærarij extra conuentum, cum tribus sequentibus.
xxxviij. Contra Receptores negligētes in exigendis debitis.

De Capitulo.

- xij. Quòd omnes teneantur accedere ad Capitulum prouinciale.

De Prioribus.

- v. De Iurisdictione Priorum.
xij. De sigillis Priorum, cum sequenti.

De officio Fratrum.

- ij. De custodia Fortalitiorum, cum sequenti.

De Commendis.

xxxi. De resignationibus, cum sequenti.
 xlvij. Quòd non dentur membra aut prædia
 sæcularibus.

lvij. Quòd fratres non impetrent cõmendas
 aut beneficia extra ordinem nostrũ.

lix. Quòd sæculares non deputentur ad res
 gimen commendarum.

De visitationibus.

i. De uisitatione commendarum, cum duobus
 sequentibus.

De contractibus & alienationibus.

v. Quòd bona ordinis nostri nõ alienentur.

vi. Quòd nullus frater impignoret aut obliget
 bona ordinis nostri, cũ sequenti.

vij. Quòd in Capitulis seu Assebleis prouincialibus
 non tractetur de alienatione bonorum nostri ordinis,
 cum sequenti.

x. Quòd fratres nõ alienent bona acquisita.

De Locationibus.

i. Quòd locatio mortuarij & uacantis fiat

DE CAPITVLO Tit. vi.

in Capitulo prouinciali.

iiij. Quòd durante mortuario & uacante nò
fiant reparationes.

De prohibitionibus & poenis.

xiiij. Ne fratres occupent còmendas.

xv. Ne fratres impetrent literas còmendatis
cias pro obtinēdis còmendis, cū sequēti.

xliij. Ne quis apponat manū iuribus ærarij.

lv. De obedientia.

lvi. De malis administratoribus.

